



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Dialecticæ

Dieterich, Conrad

Giessæ Hessorum, 1611

VI. Passio

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56580](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56580)

sunt contraria, quia calor & frigus sunt contraria.]

V. Actio recipit magis & minus.

[Non per se, sed propter qualitates. Per has enim actio gradus recipit. Sic aliàs magis aliàs minus calefacit corpus aliquod.]

VI. PASSIO πάσχειν.

Prædicamentum Passionis est dispositio Passionis per sua genera & species.

Passio est actionis receptio.

[Actio & Passio relatè se habent, ideò & Philippus coniunxit. Quæ itaq; Actionis distributiones, eadem ex naturâ relatorum erunt & Passionis. Quidam distinguunt passionem in perfectivam, quæ patiens perficit, Sic discipulus à præceptoris actione perficitur: Et Destructivam, quæ patiens abolet. Alii aliter.] Ejus sunt seqq. CANONES.

I. Passio recipit contrarietatem.

II. Passio recipit magis & minus.

[Ex accidenti: propter Qualitates, quibus mediantibus agit. Sic calefactio passiva in aqua modo minor, modo major. Ager aliquando levius, aliquando gravius decumbit.]

III. Passio recipitur pro modo sive conditionibus patientis; *Seu: Receptivum (recipiens) nō recipit per modum imprimentis, sed per modum suæ receptivitatis.*

Sic actiones Spiritus sancti in diversis objectis sunt varia. Sic quercus à vehementi turbine imperi potest, & tamen non moveri. Non enim ita necessario patitur patiens, ut agit agens.

VII. QUANDO πότε.

Prædicamentum Quando, est dispositio eorum, quæ circumstantiam temporis denotant.

Quan-